



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

B. Jacobus Venetus. 31. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

30. Maii. VITÆ SANCTORVM. 273
bus provenit regnum celorum, nec otio desidiaq; torpen-
tibus beatitudo eternitatis ingeritur ; sed, quia si com-
patimur, conglorificabimur, illa nobis currenda est via,
quam ipse Dominus se esse testatus est. S. Leo. serm. 5.
de Epiph.

B. JACOBUS VENETUS. 31. Maii.

Quid matrem crepas pueritia , quid patrem,
scopulos sœpè filiorum ? Si cælo digna es
nunquam orba eris, cælum te adoptabit. Ecce JA-
COBVS cum patre matrem puer amisit. At avia
ejus , lectissima matrona , matrem illi dulciores
MARIAM ostendit , cuius si horarias preces tanti-
spes recitaret (& tempus definiebat) præmia cupi-
do pollicita est : quæ etsi illa non persolvit , per-
rexit tamen JACOBVS officium suum facere , &
horas Marianas quotidie decurrere. Ita filius MA-
RIÆ in D. Dominici familiâ patrem etiam JESVM
invenit , cuius uti nuper MARIÆ , nomen ita ani-
mo infixum gestabat , uti tunc oblivisci horum
posse videretur, si patris & matris posset. Ex Divis
præterea præcipuâ veneratione colebat Ascidum ,
& Victorium M M. quorum officium dum ad
XVII. Novemb. in horto recitat , vernum præ-
mium rosam recentem abstulit , anniversarium
postea, quemadmodum ajunt, miraculum. Romæ
quoque D. Sebastiani porta clausa aliis, pietati JA-
COBI ultrò patuit. Linguae petulantiam si quis-
quam alias, ille odit. Itaque illud Augustini ex eo
crebrò audivisse, *Felix lingua, quæ non novit, nisi de
divinis, texere sermonem.* Obiit anno M. CCC. XIV.
cum carcinomate IV. annos laborans egregia pa-
tientiæ documenta edidisset , certus antè de fato.
& horâ fati. Reliquit post se , præter binos mortuos

tuos in vitam reductos, alia CCC. XXXVIII. m.
racula, familiarem Divis hereditatem. Ex Ezovi,
14. tom. Annal. Eccl.

Sécurum jam habet homo accessum ad Deum, ubi
mediatorem causæ sua Filium haber ante Patrem, &
ante Filium Matrem. Christus Patri ostendit latus &
vulnera; Maria Christo pectus & ubera: nec potest effi-
repulsa, ubi concurrunt & orant omni lingua disertissi-
hac clementiae monumenta, & charitatis insignia.
B. Arn. Car. L. de B. M. V.

LXXXII

SIM
Scra
quam
titati
ranter
cium
loca pl
in pirat
sis pasto
lis divi
ros, f
expug
Hercu
quidq
perdit
diosqu
cam lu
tuo sit
bus su
taut,
bus ej
innoc
antè d
ret an
so suc
lum v
post n

JU

Bea

orbavi